

## liber

<sup>ihumozu</sup>  
 a sanitates hominū. Romam p  
 geret p salute animarum insti  
 rum. Inerat em̄ ei gratia domini  
 cōtra immūdos spiritus. Et eoz  
 non vinceret immisionibz. Et  
 diutius insisterent ei huiusmōi  
 cogitationes. Nec oranti ei cessa  
 rent iactavit se p̄nus in terrā et  
 extēdit pedes suos foris limen  
 ostij cellule sue clamans et dicens  
 Trahite demōes trahite ego ei  
 pedibus meis nō vado. sed si po  
 testi s me hic abducite. Ego q̄p  
 pe testoz deum. qz ego hic iaceo  
 vsqz ad vesper. Sic ergo diu ia  
 cuit vsqz ad vesperam. Postmo  
 dum surrexit ad consuetū op̄  
 domini

**R**eferebat aut̄ nobis de quodā  
 fratre Marco mōacho nimis ab  
 stinentissimo. Sanctus em̄ Ma  
 charius pbr̄ erat. Dicebat autē  
 quia notavi mihi tpa q̄n tradit  
 sacrosancta communio. Ego nū  
 q̄ dedi cōmunionē Marco mōa  
 cho. h̄ angelus ei dabat de altari  
 Solum autem articulū manuū  
 dantis videbam. Marcus autē  
 iuuenis erat: et nouum v̄tusqz  
 testamentū sacre scripture mēo  
 riter obseruabat. Mansuet⁹ vl  
 tra modū. castus super omnes.  
 Cum autem esset in vltima sene  
 ctute sanct⁹ Macharius prexit  
 ad eum. et inueni ostium cellule  
 eius clausū. Stans autē ad ostiū  
 auscultabam quid diceret. vel cū  
 quo loqueretur. Audiebam em̄  
 eum loquentem. Putavi autēz  
 q̄ aliquis cum ipso esset cū quo  
 loqueretur. Ipse vero cum cen

tesimum ageret annum siquidē  
 iam et dentes amiserat. igit̄ cum  
 esset solus sibi ip̄si litigabat. et q̄  
 si corpori suo dicebat. Quid vis  
 o tu qui male senuisti? Ecce iam  
 et oleum accepisti et vinum. De  
 cetero quid vis iam decrepitate  
 senum? Semetipsum increpan⁹  
 etiā vt et dyabol⁹ confunderetur.

**R**eferebat nobis vir sūme san  
 ctitatis Pasencius discipul⁹ ei?  
 quomodo quadam die leena ac  
 cipiens catulū suū cecū obtulit  
 sancto Machario. et capite pul  
 sans atrij eius ostium aperuit.  
 Et ingressa sedente sancto viro p  
 iecit catulum ad pedes eius. Ip̄e  
 autem accipiens eum expuit in  
 oculos eius et orauit. statimqz  
 aperti sunt oculi eius et asperit.  
 Eousqz q̄p e catulus fuerat cec⁹?  
 Et lactauit eum leena leuauitqz  
 eū et abiit. Altera die pelle ouī  
 nam grandem attulit ei leena.  
 Hactenus vero pellem videns di  
 cebat leene. Unde tibi hoc nisi qz  
 comedisti cuiusdam ouem forsi  
 tan et pauperis? Quod ergo de  
 iniusticia est nō accipio a te. Il  
 la vero inclinans caput suum in  
 pauimento deprecabatur euz. et  
 ad pedes sancti deposuit pellem  
 Ip̄e vero dicebat ei. Dixi tibi qz  
 non accipiā illam nisi mihi p̄mi  
 seris vt nunq̄ ammodo striste  
 pauperes deuorando quadrupe  
 dia eorum. Illa vero quasi con  
 sentiens nutu capitis sui quasi p  
 mittebat. Tunc suscepit pellez  
 ab ea. Et quid mirabile est fra  
 tres si dominus creator omnium